

6095 P. Sulpicio Quirinio C. Valgio cos.¹ | senatus populusque civitatum stipendiariorum | pago Gurzenses hospitium fecerunt quom L. Domitio | Cn. f. L. n. Ahenobarbo procos.², eumque et postereis (*sic*). | eius sibi posterisque sueis patronum coptaverunt (*sic*), | isque eos posterosque eorum in fidem clientelamque suam recepit. | Faciundum coeraverunt Ammicar Milchatonis f. | Cynasyn., Boncar Azzrubalis f. Aethogursensis, | Muthunbal Saphonis f., Cui. Nas. Uzitensis.

Ex Africa Cortonam advecta, tabula aenea (VIII 68 viderunt Mommsen et Bormann, cf. Huebner ex. scr. epigr. 863). — 1) A. u. c. 742. — 2) Cf. N. 5601.

Una cum hac prodiit similis tabula VIII 69. anni p. Chr. 65.

6096 IIII non. Mart. | imp. Caesare XIII cos.¹, Acces Licirni Intercatiensis² tesseram | hospitalem fecit cum ciuitate Palantina sibi | et filii suis posterisque. | Aneni Ammedi per mag. | Flaisicum³ hospitio Ammi | Caenecaeni . . .⁴

In Hispania prope Paredes de Nava agri Pallantini, quae civitas est conventus Cluniensis, rep., lamella aenea (II S. 5763 — Huebner ex. scr. epigr. 865). — 1) A. u. c. 752. — 2) Intercatia oppidum Vaccaeorum. — 3) Sine dubio gentis nomen (Hueb.). — 4) Nihil deesse putat Hueb. Ceterum cf. Mommsen Herm. 5, 1874 p. 378.

6097 anno¹ Cn. Cinnai Magn[i, L. Messallae Volesi cos.]² | XV k. Novembbris . . . | Q. Marius Balbus hosp[itiū] fecit cum] | senatu populoque . . . | liberisque eor[um eosque liberos] | posterosque eor[um in fidem] clientelamque suam liberorum] | posteriorumque suorum recepit]. | Eg[e-runt] | M. Fabius . . . (et alia nomina tria).

In Baetica prope Grazalemam rep., est Matriti, tabula aenea (II 4345 vidit Huebner cf. ex. scr. epigr. n. 866). — 1) Sic (anno consulum) dictum, non: illis consilibus, quoniam mense Octobri iam alii consules suffici erant. — 2) A. p. Chr. 5.

6098 M. Aemilio Lepido L. Arrunt. | cos.¹ | k. Mais | ex insula Bailiarum maiore senatus | populusque Bocchoritanus² M. Atilium | M. f. Gal. Vernum patronum cooptaverunt; | M. Atilius M. f. Gal. Vernus senatum | populumque Bocchoritanum in fidem | clientelamque suam suorumque recepit. | Egerunt | Q. Caecilius Quintus, | C. Valerius Icesta | praetores.

Pollentiae (Pollenza) in Balearium insula maiore, tabula aenea (II 5695 cf. II S. p. 962 Huebner vidit ectypum). — 1) A. p. Chr. 6. — 2) Cf. Plin. h. n. 5, 77.

6099 L. Silano flamin[e] | Martiali, C. Vellaeo | Tutore cos.¹ | non. Decembr. | senatus populusque Siagitanus² hospitium fecerunt cum C. Silio C. f. Fab. Aviola | trib. mil. leg. III Aug., praefecto fabrum, | eumque posterosque eius sibi posterisque suis patronum coptaverunt. | C. Silius C. f. Fab. Aviola eos posterosque | eorum in fidem clientelamque suam | recepit. Agente Celere Imilchonis | Gulalsae filio sufete.

6099^a L. Silano flam. Mart., | C. Vellaeo Tutore cos.¹ | pridie non. Decemb. | civitas Apisa maius³ hospitium | fecit cum C. Silio C. f. Fab.